

T A B L A.

uersalis Ecclesie, noluit ipse B. Paulus, q̄
 pro bono alicuius particularis Ecclesie, ordi
 nentur Bigamus. Et id circo in hac Ecclesia
 non puto dispensari posse per fratres, cum
 aliquo Bigamo, etiam si esset promouendus
 ad Episcopatum. Sicut pro bono particularis
 Ecclesie non permisit B. Paulus Bigamum
 promoueri. Cum talibus enim non dispen
 sat cōmuniter Papa, propter reuerentiam. B.
 Pauli, qui hoc prohibuit, ut dicit Richar. in
 4. d. 27. ar. 4. q. 4. nisi propter urgentem
 necessitatem, & evidentem Ecclesie utilita
 tem, secundum id, quod nunc est dictum. Id
 circo fratres in ea non dispēsent, sed casum
 ad Papam remittāt, quoniam non credo, q̄
 in ea dispensandi habeant auctoritatem. Vbi
 nota, q̄ ad sciendū, qui sunt casus in quibus
 Sedes Apostolica rarissime dispensat, aduertē
 dū est, q̄ Sixtus. 4. excepit Bigamiam, quan
 do concessit fratribus euntibus inter Infide
 les potestatem dispensandi in irregularitati
 bus. Clemens. 7. excepit homicidium volū
 tarium, propria auctoritate factum. Nicol.
 4. excepit, q̄ nō possint legitimare procrea
 tos de adultero, vel de incestu, vel de Regu
 lari. Tamen, quia hodie Papa tales legitimat,
puto